



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

70 Parochiae novae, quando erigi possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eorum distantiam, siue difficultatem parochiani, siue magno incommodo ad percipienda sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam in vitiis rectoribus, juxta formam, cap. ad audientiam de Eccles. edific. constituere possunt, concil. Trid. cap. 4. de reform. ead. sess. 21. & ibi Congr. sac. concil. quod habet locum, etiam si essent subiectæ regularibus, ut in decis. sub. tit. Mediolanen. & facit, cap. & temporis, 16. quest. 1. 71

Illis autem sacerdotibus, qui de novo erant ecclesijs noviter erectis præficiendi, competens portio, arbitrio Episc. ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus, debet assignari; & si necesse fuerit, populus compelli potest ad ea subministranda, quæ ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam sufficiant, eod. c. 4. §. illis autem, & d. c. ad audientiam, de Eccl. edific.

70 Decimo, ut etiam ¶ ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, Episcopi etiam tanquam Sedis Apost. delegati, juxta formam juris, citra tamen præjudicium obtineati- 72

um, uniones perpetuas quarumcunque ecclesiarum parochialium, & baptismalium, ac aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus a jure permissis, etiam si dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, & quacunque affecta, quæ 73

uniones revocari, nec infringi queant, facere possunt, ut in cap. 13. sess. 24. de reform. non tamen possunt uniri parochiales Abbatij, & dignitatibus, & a 40. annis factæ ab Ordinarijs sunt examinandæ, ut d. c. 13. 74

ita per congreg. sacri concilij fuit deci-

sum super eod. cap. 13. sub. tit. Pertusen. & Ellen. nec aliqua pars fructuum uniri potest ut ibi sub titulo Lacinan. neque, si omnes, ad quos spectat, consentirent, ut ibi sub titulo Perus Regularibus autem, nec parochiales, neque alia beneficia simplicia uniri possunt, ut ibid. sub eod. tit. Perus. & facit, cap. unio, 10. quest. 3. cap. & temporis, cum sequ. 16. quest. 1. cap. sicut unire, extra de excess. Pralat. & c. 1. de rer. perm. in 6.

Undecimo eadem auctoritate ¶ Episcopi, uti Sedis Apost. delegati, illitteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut vicarios ad tempus deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possunt, quacunque appellatione, & exceptione remota, eosque, qui turpiter, aut scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coercere, & castigare, & si adhuc in sua nequitia incorrigibiles perseveraverint, eos beneficijs, juxta sacrorum canonum constitutiones, exceptione, & appellatione quacunque remota, privare possunt, c. 6. de reform. sess. 21.

¶ Illitterati enim, imperiti, & scandalosi non placent in Ecclesia Dei, cap. litteratos, 36. dist. cap. ignorantia, 28. dist. cap. quia frater, 7. quest. 1. cap. nisi cum pridem, de renunc. & cap. cum exco. de elect. in 6.

Duodecimo Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, ¶ translatæ possunt beneficia simplicia, etiam juris patronatus ex ecclesijs, quæ vetustate, vel aliâ collapsæ sunt, & ob eorum inopiam nequeunt restaurari, vocatisijs quorum interest, in matrices, aut alias ecclesias locorum eorundem, seu vicinorum, eorum arbitrio, atque in eisdem ecclesijs altaria, vel capel-